

FERIIS PHILIPPI PI ET IACOBI APOSTOLO.

RVM, IN EPISTOLAM CON-
CIO PRIMA.

Stabant iuſti in magna conſtanſia,

Sapient. V.



Ac Lectione docemur, quod sit diſſimilatio
erit inter piorū & impiorum
vitam, inter horū quoq; & illo-
rum finem. Pij in hoc mundo va-
tigi circumaguntur, exercēturq;
tentationib^z, molestijs, tristitij,
afflictionibus, miserijs. Spectacu-
la sunt mundo & angelis, omnium periplemata de
reiecticula. Tota die morti destinantur, non secus
atq; oues abducuntur ad occisionem. Impijs contrā
hinc summa ſiuuntur pace, tranquillitate, letitia, vo-
luptate, & omnium rerum bteuiter abundantia. Hi
adeò non affliguntur vñquam, vt ab omnibus etiam
maxima vi defendantur. Im. nò vñq; adeò rerum po-
tuntur paſſim, vt nemo illis, ſi maximè velit, poſit
vini inſerre. Quemadmodum vero ytrorumq; vita
inæqualis eſt, ſic diſpar quoq; exitus. Pij enim, quum
præiens vita transmilla fuerit, ſtabunt in magna co-
ſtantia aduersus impios, connumerabuntur inter filioſ
& sanctos Dei, donabuntur æterna pace, fruen-
tur gaudijs cœleſtibus. In ſumma, mœror illorum
vertetur in latitiam, in opis in diuſtias, miseria in
voluptatem, afflictio in gloriam.

At impios diuerſissima ſors manebit. Ipsiſiū nam-
que paſ momentanea vertetur in turbationem ſem-
piternam, tranquillitas breui in æternam deſtru-
ctionem, labilis letitia in perenne tristitiam, vo-

luptas